



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

Ammiani Marcellini Rervm Gestarvm Liber Vigessimstertivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

busq; mortalium, replicata per mundum omnem inuentione Matheseos ab huiusmodi Aegypto circumlata, primum homines longe ante alios ad uaria religionum incunabula (ut dicitur) peruenerunt, & initia prima sacrorum caute tumentur condita scribis arcanis, ac institutis prudentia. Pythagoras colens secretius deos, quicquid dixit, aut uoluit, autoritatem esse instituit ratam, & femur suum ante aureum apud Olimpiam saepe monstrabat, & cum aquila colloquens subinde uisebat. Hinc Anaxagoras lapides ex caelo lapsuros, & putealem limum contrectans, tremores futuros praedixerat terrae. Et Solon sententis adiutus Aegypti sacerdotum, latis iusto moderamine legibus, Romano quoque iuri maximum addidit firmamentum. ex his fontibus per sublimia gradiens sermonum amplitudine Iouis est multis non uisa Aegypto, militauit sapientia gloriosa. Homines autem Aegyptij plerique subfusci sunt, & atrati magis moestiores, gradulenti, & aridi, ad singulos motus excandescentes, controuersi, & reposcenes acerrimi. Erubescit apud eos si quis non inficiando tributa, plurimas in corpore uibices ostendat. & nulla tormentorum uis inueniri potuit, quae obduratum ullius pectus latrocinij inuitum elicere potuit, ut nomen proprium dicat. Id autem notum est, ut annales ueteres monstrant, quod Aegyptus omnis sub amicis erat antea regibus: sed superatis apud Actium bello nauali Antonio, & Cleopatra, prouinciae nomen accepit, ab Octauiano Augusto possessa. Aridiora Libyae in supremo obitu regis consecuti sumus arbitrio, Cyrenas cum residuis ciuitatibus Libyae Pentapoleos Ptolemaei liberalitate suscepimus, euectus longius ad ordinem remeabo ceptorum.

Incunabu/
la.
Femur aure/
um Pithago
ra.
Anaxagoras
Solon.

Reposcenes
acerrimi.

AMMIANI MARCELLI

NI RERVM GESTARVM

LIBER VIGESI

MVSTERTIVS.



HAEC EO ANNO, ut praetereamus minutias, agebantur per prouincias. Iulianus uero ter Consul adscito in collegio Trabeae Salustio praefecto, per Gallias quater ipse amplissimum inierat magistratum: & uidebatur nouum adiunctum esse Augusto priuatum, quod post Diocletianum, & Aristobolum nullus meminerat gestum. & licet accidentium uarietate sollicita mente praecipiens, multiplicatos expeditionis apparatus flagrantis studio perurgeret, diligentiam tamen ubique diffidens, imperij sui memoriam magnitudine operum gestis, propagare ambiciosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa, & interneciuia certamina obsistente Vespasiano, post itaque Tito aegre est oppugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis: negociumque maturandum

Collegium
Trabeae.

Iulianus
uult instaurare templum
Hierosolymorum.

Pp 2 Alipio

Alipio dederat Antiochiensi, qui olim Britannias curauerat pro praefectis. Cū itaq; rei idem fortiter instaret Alipius, iuuaretq; prouintia rector, metuēdi globi flammaram prope fundamenta crebris assultibus erumpentes fecere locum exustis aliquoties operantibus in excessum: hoc quo modo elemento destitutus repellente cessauit, incertum. Hisdē diebus legatos Sardinia missos ab urbe Aena clare natos, meritisq; probabilis uitae cōptos imperator honoribus diuersis adfecit: & Apronianū Romae decreuit esse praefectū, Octauianū praefulem Africae, Venusto Vicario commisit Hispania: Rufinū Arabicum comitem Orientis in locum auunculi sui Iuliani recens defuncti prouexit. quibus ut conuenerat ordinatius terrebatur omine quodam (ut docuit exitus) praesentissimo. Felice enim largitionum comite, Iuliano sequuto, uulgus publicos conuens titulos Felicem Iulianum, Augustumq; pronunciabat. Processerat aliud sauum. Namq; Calendis ipsis Ianuarijs ascendente eo gradile Genij templū, sacerdotum consortio quidam ē ceteris diuturnior nullo pulsante repente concidit, animamq; insperato casu efflauit: quod astantes, incertū per imperitiam an adulandi cupiditate, memorabant consulum seniori portendi, nimirum Saustius, & ut apparuit non aetati, sed potestati maiori interitum propinquare monstrabant. Super his alia quoq; minora signa subinde, quod acciderat, ostēdebant. Inter ipsa enim exordia procinctus Parthici disponendi nunciatum est Constantinopolim terrae pulsu uibratam: quod horum periti minus latum esse pronuntiabant aliena praualere molienti rectori. Ideoque intempestiuo conatu desistere suadebant: ita demum haec, & similia contemni oportere firmanes: cum inuentibus armis externi lex una sit & perpetua, salutem omniratione defendere, nihil renitente uī moris. Hisdem diebus nunciatum est ei per literas Romae super hoc bello libros Sibyllae consultos, ut iusserat, imperatorem hoc anno discedere à militibus suis aperto prohibuisse responso. Inter haec tamen legationes, & gentium plurimarum auxilia pollicentium, liberaliter suscepta remittebantur: speciosa fiducia principe respondente, nequaquam decere aduentitijs adiumentis rem uindicare Romanam, cuius opibus fouere conueniret amicos, & socios, si auxilium eos adegerit necessitas implorare. Solum Arsacē monuerat Armeniae regem, ut conlectis copijs ualidis iubenda operiretur, quo tenderet, quid deberet urgere, propere cogniturus. Proinde cum prope randi consultae rationes copiam praebuissent, rumore praecurso hostiles occupare properans terras, nondum adulto uere missa per militares numeros expediti onali tessera, cunctos transire iussit Euphraten. Quo comperto omnes euolant ex hybernis transmissa, quae ut textus docebat scriptorū, dispersi per stationes uarias aduentum principis expectabant. Ipse autem Antiochiam egressurus Heliopoliten, quem Alexandrum Syriae iurisdictioni praefecit turbulentum & sauum, dicebatq; non illum meruisse: sed Antiochiensibus auaris, & contumeliosis huiusmodi iudicem cōuenire. Cūq; eum profecturū deduceret multitudo, pronus quantum felicem reditumq; gloriosum exhortās, oransq; inde placabilis esset & lenior, nodū ira quā ex cōpellationibus, & probris cōceperat, emollita

Exusta fun/
damenta.

Aena ciuitat

Felix largi/
tionum com/
mes.Genij tem/
plum.
Efflauit ani/
mam.Constanti/
nopolis.Sibyllini li/
bri.Aduentitijs
adiumentis.Nōdū adul/
to uere.
Expeditio/
nalis tessera.

emollita loquebatur asperius se esse eos asserens postea non uisurum. Dispo-
 fuisse enim aiebat hyemandi gratia per compendiarium uiam consumato pro
 cinctu Tharsum Ciliciæ reuersum, scripsisseq; ad Memorium præsidem, ut in Per cõpen/
 diariã uiam.
 eadem urbe cuncta sui congrua pararentur, & hoc haud diu postea contigit.
 Corpus namque eius illuc relatam exequiarum humili pompa in suburbano
 sepultum est, ut ipse mandarat. Iamque apricante celo tertio, Nonas Maias Apricante
 celo.
 Hierapolis.
 profectus Hieropolim solitis itineribus uenit: ubi introierit ciuitatis capacissi-
 mæ portas, sinistra porticus subito lapsa, subterdentes quinquaginta mili-
 tes exceptis plurimis uulneratis tignorū tegularum pondere magno conlisit.
 Vnde contractis copijs omnibus Mesopotamiam iam propere signa commo-
 uit, ut fama de se nulla præuersa. Id enim accuratius obseruaret improuisus As-
 syrios occuparet. Deniq; cum exercitu, & Scytharum auxilijs Euphratem naua-
 li ponte transmisso uenit Ebatanas municipium Osdrocene, ibiq; inletabile Illetabile
 portentum.
 portentum offendit. Cum enim Colonorum frequens multitudo ad suscipien-
 dum consueta pabulum prope aceruum palearum stetit, impendio cellum.
 hoc enim modo per regiones illas tales species construuntur, rapientibus mul-
 tis quassata congeries inclinata est, pariq; exitio quinquaginta obruit homi-
 nes, mole maxima ruinarum. Mæstus exinde digressus uenit cursu propero
 Carras antiquum oppidum Crassorum, & Romani exercitus erumnis infi- Carræ infi-
 gnes.
 gne: unde duæ ducentes Persidem uia: regiae distinguuntur: leua per Adiabe-
 nam, & Tigridem, dextera per Assyrios, & Euphraten, ibi moratus aliquot di-
 es dum necessaria parat: & Luna quæ religiose per eos colitur tractus situ loco-
 rum fertur sacra, dicitur ante aras nullo arbitrorum admissio occulte paludamē-
 tum purpureum propinquo suo tradidisse Procopio, mandasseq; arripere fi-
 dentius principatum, si se interisse didicerit apud Parthos. Hic Iuliani quiescen-
 tis animus agitatus in somnis euenturum triste aliquid præfagebat. Quocirca Animus Iu-
 liani agitat⁹
 in somnis.
 & ipse, & uisorum interpretes præsentia contemplantes diem secuturum, qui
 erat quartumdecimum Cal. Apriles obseruari debere pronunciabant, uerum,
 ut compertum est postea, eadem nocte Apollinis templum, præfecturam re-
 gente Aproniano in urbe conflagrauit Aena, ubi ne multiplex iuuisset auxili-
 um etiam Cumana carmina consumpserat magnitudo flammaram, postq; Cumana
 carmina cõ-
 busta.
 ita digesta agmina, & comneatus omnis generis disponendi propero cursa-
 torum aduentu anhelantiū, etiam cū indicatur equestres hostiū turmas uicino
 limite quodam perrupto auertisse subito prædas, cuius atrocitate mali percul-
 sus illico, ut ante cognita erat triginta millia lectorum militum eidem commisit
 Procopio iuncto ad parilem potestatem Sebastiano comite duce Aegypti, his
 dēq; præcepit, ut intra Tigridē interim agerēt, uigilanter omnia seruari, nequid
 inopinum ex incauto latere oriretur, qualia multa sæpe dixerat euenisse: man-
 dabatq; eis, ut si fieri potius possit, regi optarentur Arsaci. Cūq; eo per Cordue-
 nam, & Mizenam Chalonitide uberi Mediæ tractu, partibusque alijs præstri-
 cto cursu uastatis apud Assyrios adhuc agente sibi concurret necessitatum arti-
 culis adfuturi. His ita ordinatis ipse exitu simulato per Tigrim quod iter etiā Articuli ne-
 cessitatum.

Pp 3 regi

regi uaria de industria iusserat instrui, flexit dextrorsus, & quieta nocte emensa, mane iumentum, quo ueheretur ex usu poposcit, oblatuſq; ei equus Babylo-
 nius nomine ictu torminis consternatus, dum dolorum impatiens, uoluitur
 auro lapillis ornamenta distincta consperſit. Quo ostento latior clamauit,
 plaudentibus proximis Babylonia humi preſiſſe ornamentis omnibus spo-
 liatam, & paulisper detentus, ut omnes per hostiam litando firmaret Daua-
 nam uenit castra praesidiaria, unde ortus Belias fluuius, qui diffunditur in Eu-
 phraten, hic corporibus cibo accurate reſectis, poſtridie uentum est ad Callini-
 sum. munimentum robustum: commercandi opimitate gratissimum, ubi diem
 sextum Cal. quo Romae matri deorum pompae celebrantur annales, & carpen-
 tum quo uehitur simulacrum Almonis undis abluſi perhibetur, sacrorum solen-
 nitate Prisco more completa, somno per ocium capto exultans pernoctauit, &
 laetus. Luce uero sequuta profectus, exinde per supercilia riparum fluuialium
 aquis adolescentibus, undique conuenis cum armigira gradiens manu in statio-
 ne quadam sub pellibus mansit, ubi Sarracenum reguli gentium supplices
 missi, oblata auri corona, tanq; mundi, nationuſq; suarum dominum adora-
 runt: suscepti gratanter, ut ad futura bellorum adpositi. duſq; hos adloqui Xer-
 xis illius potentissimi regis instar classis aduenit, Tribuno Constantiano cum
 comite Luciliano ductante quae latissimum flumen Euphraten artabat, in qua
 mille erant onerariae naues ex diuersa trabe conſectae, commeatus abunde fe-
 rentes, & tela, & obſidionales machinas. quinquaginta aliae bellatrices, totideſq;
 ad compaginandos necessariae pontes. re ipsa admoueor breuiter quantum me-
 dio cre potest ingenium haec instrumentorum genera ignorantis circumscripſit mon-
 strare, & balistae figura docebitur prima, ferrum inter axiculos duos firmum com-
 paginatur, & uastum in modum regulae maioris extentum, cuius ex uolumine tere-
 ti quod in medio ars polita componit. quadratus eminent stilus extensius recto
 canalis angustissimi meatu cauatus, & hac multiplice corda neruorum tortiliuſq; inli-
 gatus, ei q; cocleae duae lignae coniunguntur aptissime, quarum propere una ad-
 sistit artifex contemplabilis, & subtiliter adponit in temones cauamine sagit-
 tam lineam spiculo maiore conglutinata, hocq; facto hincinde ualidi iuue-
 nes uersant agiler rotabilem flexum, cum ad extremitatem neruorum acumen
 uenerit summum, percita interno pulsu a balista ex oculis auolat. Interdum ni-
 mio ardore scintillans, & euenit saepius, ut anteq; telum cernatur, dolor letale
 uulnus agnoscat. Scorpionis autem, quem appellant nunc Onagrum, huiusmodi
 forma est. Dolantur axes duo quarenei, uel ilicei, curuanturq; mediocriter, ut
 prominere uideantur in gibbas, hicq; in modum ferratoriae machinae conſectun-
 tur, ex utroq; latere patentius perforati, quos inter caernas funes conligantur
 robusti compagem, ne dissiliant continentes. Ab hac medietate restium ligne-
 us stilus exurgens obliquus & in modum iugalis temonis erectus, ita neruorum
 modulis implicatur, ut altius tolli possit, & inclinari, summitatiq; eius unci fer-
 rei copulantur e quibus pendent stupea uel ferrea funda, cui ligno fulcimentum
 prosternitur ingens cilicium paleis confertum minutis, ualidis nexibus inligatum
 & locatum

Flexit dex-
trorsus.

Belias fluuii.

Opimatas.

Supercilia
riparum.
Sarraceni
Iulianum
adorarunt.
Clauis.Balistae figu-
ra.Neruorum
tortiliuſq;
da.
Cocleae.

Onager.

Gibbas.
Serratoria
machina.Stupea fun-
da.

& locatum super cōgestos cespites uel lateritios aggeres. Nam muro saxeo huiusmodi moles imposita disiectat quicquid interuenerit, super concussionem uiolenta non pondere: Cum igitur ad concertationem uentum fuerit lapide rotundo fundam imposito, quaterni altrinfecus iuuenes repagula quibus incorporati sunt funes explicantes, retrorsus stilum penè uncinum inclinant: Itaque demum sublimis adstans magister, claustrum quod totius operis continet, uincula referat malleo forti perclausum. unde absolutus ictu uolucris stilus, & mollitudine offensus ciliij saxum conrorquet quicquid incurrerit conliferum. Et tormentum quidem appellatur, ex eo omnis explicatio contorquetur. Scorpio autem cum aculeum desuper habet erectum, cui etiam onagri uocabulum indidit ætas nouella ea re, quod asini feri cum uenatibus agitantur ita eminus lapides post terga calcitrando emittūt, ut perforent pectora sequentiū. aut per fractis ossibus capita ipsa displodāt. Huic ad arietē uenimus, eligitur abies uel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro concludit, & prolixo, arietis efficiens prominulam speciem, quæ forma hoc machinamento uocabulum indidit. & si suspensa utrinque transuersis asseribus & ferratis quasi ex lance uinculis trabes alternis continentur, eaque quantum mensuræ ratio patitur altitudo retro repellens rursus ad obuia quæque rumpenda protrudit ictibus ualidissimis instar adfurgentis, & cadentis armati. Qua crebritate uelut reciproci fulminis impetu ædificijs scissis in rimas concidunt structuræ laxatæ murorum, hoc genere operis si fuerit exerto uigore discussum, nudatis uallo defensoribusque solutis obsidijs ciuitates munitissimæ recluduntur. Pro his arietum machinamentis iam crebritate despectis conditur machina scriptoribus historicis nota, quam Heliopolim Græci cognominant. Cuius opera diuturna Demetrius Antigoni filius Rhodo, alijsque urbibus oppugnatis Poliorcetes est appellatus. Aedificatur autem hoc modo: Testudo compaginatur immanis axibus roborata longissimis, ferreisque clauis aptata, & contegitur corijs bubuli, uirgarumque recenti textura, atque limo asperguntur eius suprema, ut flammeos detractet, & missiles casus. Conferuntur autem eius frontalibus trifulcæ cuspides præacutæ ponderibus ferreis graues qualia nobis pictores ostendunt fulmina, uel fictores, ut quicquid petierit aculeis exertis abrumpat. Hanc ita ualidam molem palis, & funibus regens numerosis intrinfecus miles languidiori murorum parti uiribus admouet concitis. Et nisi desuper propugnantium maluerint uites conlisis parietibus aditus patefecit ingentes. Malleoli autem teli genus figuratur hac specie. sagitta est cannea inter spiculum & harundinē multifido ferro coagmata, quæ in muliebris coli formam, quo uertuntur linrea stamina, concauatur uenter subtiliter, & plurifariam patens, atque in alueo ipso ignem cum aliquo suscipit alimento. Et si emissa lentius arcu inualido igitur ictu enim rapido reextinguitur, hæserit usque tenaciter cremates quæque conspersa acrior, excitat æstus incendiorum, nec remedio ullo que super iacto puluere consopitur. Hactenus de instrumentis muralibus, è quibus pauca sunt dicta. Nunc ad rerum ordinem reuertamur. Accitis Sarracenorum auxilijs, quæ animis obtulere promptissimis, tendes

Tormentū
under
Scorpio ab
aculeo.
Onager un
de
Capita dist
plodunt.
Aries.

Heliopolis
machina.

Poliorcetes.

Testudo cō
paginatur.

Frontalia.

Malleoli spe
cies.
Sagitta can
nea.

- Coracesiū. Imperator agili gradu Coracesium principio mensis Aprilis ingressus est munimentum tutissimum, & fabre politum. Cuius moenia Orogora, & Euphrates ambiunt flumina, uelut spaciū insulare fingentes. Quod Diocletianus exiguū ante hoc, & susceptum muris, turribusq; circumdedit celsis, cum ipsis Barbarorum confinijs interiores ordinum limites ordinaret, est documēto per Syriam, Persæ ita, ut paucis ante annis, cum magnis prouinciārum contigerat damnis. Namq; cum Antiochiā in alto silentio scenicis ludis Mimus cum uxore immisus in medium, sumpta quædam immitaretur populo uenustate attonito coniunx in sit. Visi sunt equidem Persæ, & retortis plebs uniuersa ceruicibus exacerbantia in se tela declinans spargitur, passim ita ciuitate incensa, & obruncatis pluribus, qui pacis more palabantur effusus, incensisque locis finitimis, & uastatis, honusti præda hostes ad sua remearūt innoxij. Mereadeiuno exusto, qui eos ad suorum interitum ciuium duxerat inconsulte. Et hæc quidem Galleni temporibus euenerunt: Iulianus uero dum moratur apud Cercusium, ut per naualem ab ora pontem exercitus, & omnes affedas transiret, literas tristes Salustij Galliarum præfecti suscepit, orantis suspendi expeditionē in Parthos obtestantisq; ne ita intempestiue nondum pace numinum exorata inreuocabile subiret exitium: posthabito tamen suafore cautissimo, fidentius ultro tendebat, cum nulla uis humana, uel uirtus meruisse nunq; potuit, ut quod præscripsit fatalis ordo, nō fiat: Statimq; transgressus pontem auelli præcepit, ut qui militū ab agminibus proprijs reuerendi fiducia remaneret. Pari sorte hic quoq; omen inleuitabile uisum est apparitoris cuiusdam cadauer extentum carnificis manu deleti. Quæ præfectus Salustius præsens ea re supplicio capitali damnaret. Quod intra præstitutum diem alimentorum augmentum exhibere pollicitus, causa impediēte frustratus est. Sed miserando homine trucidato postridie aduenit, ut ille promiserat alia classis abunde uehens annonam. Profecti exinde Zaitan uenimus locum, qui olea arbor interpretatur. Hic Gordiani imperatoris longe conspicuum uidimus tumulum, cuius actus à pueritia prima exercituumque felicissimos ductus, & insidiosum interitum digessimus tempore competenti, ubicum pro ingenita pietate consecrato principi parentasset, pergeretque ad Duram desertum oppidum procul militarem castrum conspicatus stedit immobilis, eiq; dubitanti quid ferrent, offertur ab eis immanissimi corporis leo, cum aciem peteret multiplici telorum iactu confusus. Quo omine uelut certiore iam spectaculi prosperioris elatus, exultantius cædebat. Sed incerto fato fortunæ aliorum prorupit euentus. Obitus enim regis portendebatur: Sed cuius erat incertum. Nam & oracula dubia legimus, quæ non sine casu describerem, ut fidem uaticinij delphicijq; post Alyn flumen transmissum, maximum regnum disiecturum prædixerat Cresum, & alia quæ Atheniensibus ad certandum contra Medos oblique destinauerat mare, forteinq; his posteriorē ueram quidē, sed non minus ambiguam. Aiote Aecida Romanos uincere posse. Etrusci tamen aruspices qui comitabantur gnarus prodigialium rerum cum illis procinctum hunc sæpe arcentibus non crederetur.

Nota

Fatalis ordo
ineuitabilis.
Omen ille/
tabile.

Tumulus
Gordiani.

Parentauit
Iulianus.

Oracula du
bia.

Aiote Aecida
Romanos
uincere.

deretur. Prolatis libris ritualibus ostendebant signum hoc esse prohibitorium, principiꝫ aliena licet iuste inuadenti contrarium. sed calcabantur philosophis refragantibus, quis reuerenda tunc erat autoritas, afferentium subinde, & in parum cognitis perseverantium: diu etenim ut probabile argumentum ad fidem implendam scientiæ suæ id prætendebant, quod & Maximiano antehac Cæsari cum Narse Persarum rege iam congressuro, itidem leo, & aper ingens trucidati simul oblatis sunt, & superata gente discessit incolumis: illo minime contemplante, quod aliena petenti portendebatur exitium. Et Narses primus Armeniam Romano iuri obnoxiam occupat. Sequuto itaq; die, qui erat VII Idus Aprilis, sole uergente iam in occasum, & parua nubecula subito aëre crassato usus adimitur lucis. & post minacem tonitruum crebritatem, & fulgurum, Iouianus nomine miles caelo tactus cum duobus equis concidit, quos potu satiatis à flumine reducebat. quo uiso harum rerum interpretes accersit: interrogatiq; etiam id uetare prociñctum fidentius adfirmabant, fulmen consiliarium esse monstrantes. Ita enim appellantur quæ disuadent aliquid fieri uel suadent. Ideoq; hoc nimis cauendum, quod militem celsi nominis cū bellatoris iumentis extinxit: & hoc modo contacta loca, nec intueri, nec calcari debere fulgurales pronuntiant libri. Contra philosophi, candorem ignis sacri repente cōspecti nihil significare aiebant: sed esse acrioris spiritus cursum ex æthere aliqua uia ad inferiora decursum: aut si exinde prænoscutur aliquid, incrementa claritudinis imperatori portendi gloriosa cœptandi, cum constet flammam suapte natura nullo optante ad sublimia conuolare. Prætor igitur, ut ante dictū est, ponte cunctisq; transgressis, imperator antiquissimum omnium ratus est militem adloqui, sui rectorisq; fiducia properantem, intrepide, signoq; ita per reliquos dato, cum centuriæ omnes, & cohortes, & manipuli cōuenissent, ipse aggere globali adistens, coronâq; celsarum circumdatus potestatum, talia ore sereno disse ruit. Fauorabili studio concordiam cunctorum contemplans, maximis uiribus, & alacritate uigere, fortissimi milites, concionari disposuit, docturus ratione multiplici, nunc non primitus, ut maledici mustant, sed antea Romanos penetrasse regna Persidis. Namq; ut Lucillum transeam, uel Pompeium, qui per Albanos, & Massagetas, quos Halanos nunc appellamus: hac quoq; natione perrupta uidit Caspius lacus Ventidiū, nouimus Antoni legatum strages per hos tractus innumeras uidisse. Sed ut à uetustate discedam, hæc quæ tradidit recēs memoria replicabo. Traianus & rursus Seuerus hinc sunt digressi uictores, & tropheati: redissetq; pari splendore Iunior Gordianus, cuius monumentū nūc uidimus honorate, Thessalia, superato, fugatoque rege Persarum, ni factio ne Philippi præfecti prætorio, scelestis iuuantibus paucis in hoc ubi sepultus est loco, uulnere impio cecidisset. Nec errauere diui manes eius inulti, quod uelut elabente iustitia omnes, qui in eum conspirauere, crucialibus interiere supplicijs. & illos quidem uoluntas ad altiora propensior subire impulit facinora memoranda: nos uero miseranda recens captarum urbium, & multa caesorum exercituum umbra, & damnorū magnitudines, cartorumq; amissiones

Miles caelo
tactus.
Fulmen con
siliarium.

Fulgurales
libri.

Aggere gle
bali.

Massageta
Halani.

Tropheati.

Crucialia
supplicia.

siones ad hæc quæ proposuimus hortantur, ut solatium socijs medeamur præteritis: & honorata huius lateris securitate republica, quæ de nobis magnifice loquebatur posteritas, relinquemus. adero ubiq; uobis adiuuato nominis sempiterno imperator, & antesignanus, & conturmalis omnibus secundis, ut reor, at si fortuna uersabilis in pugnam eos confuderit. mihi uero pro Romano orbe memet uouisse sufficet, ut Curtij, Mutijq; tres, & clara profapia Deciorum, abolenda nobis natio molestissima, cuius in gladijs nondum nostræ propinquitatis exaruit cruor. Plures absumptæ sunt maioribus nostris ætates, ut intiriræt radicitus, quæ uexabant. Deuicta est perplexo & diuturno Marte Carthago: sed eam dū indyus timuit superesse uictoriæ, euerit funditus. Numantiam Scipio post multiplices casus obsidionis emēfos, Fidenas ne imperio subcreserent æmulo Roma subuertit: & Faliscos ita oppressit, & Veios, ut suadere nobis laborat monumentorum ueterum fides, ut has ciuitates aliquando ualuisse credamus. Hæc ut antiquitatum peritus exposui, sapere est ut auuiditate rapiendi posthabita, quæ insidiatrix sæpe Romani militis fuit, quisque agmini cohærens incedat, cum ad necessitatem congregiendi fuerit uentum. his signa propria sequuturus sciens quod remanserit usquàm, exceptis furibus relinquitur. nihil enim præter dolos, & insidias hostium uereor nimium callidorum, ad summam polliceor uniueris rebus. post hæc prospere mitigatos, absque omni prærogatiua principum: qui quod dixerint, uel censuerint pro potestate autoritatis iustam esse existimant rationem recte consultorum: uel secus. si quis exegerit redditurum. Quocirca erigite nunc quæso, erigite animos uestros multa præsumentes, & bona æquata sorte nobiscum quicquid occurrerit difficilis subitari: & coniectantes æquitati semper solere iungi uictoriam. Conclusa oratione ad hunc gratissimum finem ductoris gloria præliator miles exultans, spèq; in prosperum elatior sublatis altius scutis, nihil periculosum fore, uel arduum clamitabat, sub imperatore plus sibi laboris, quàm gregarijs indicenti, maxime omnium numeri Gallicani fremitu latiore monstrabant: memores aliquoties eo ductante, perq; ordines discurrentes, cadentes uidisse gentes aliquas, alias supplicantes res adegit, ut prolapsa in excessu celeri situm monstrare Persidis à scriptoribus gentium curiose digestum, quibus ægre uera dixisse paucissimi. Quod autem erit paulo prolixior textus, ad scientiam proficiet plenâ. Quisquis enim adfectat nimiam breuitatē ubi narrantur incognita, nequit signatus, & quid debeat præteriri, scrutari. Hoc regnū quondā exiguū, multisq; antea nominibus appellatū ob causas quas sæpe retulimus, cum apud Babylona Magnū fata rapuissent Alexandrum, in uocabulum Parthi cōcessit Arfacis obscure geniti, latronum inter adolescentiæ rudimenta doctoris, uerum paulatim in melius mutato proposito, clarorum contextu factorum aucti sublimius. qui post multa gloriose, & fortiter gesta, superato Nicanore Seleuco eiusdem Alexandri successore, cui uictoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum: Præsidijq; Macedonum pulsus ipse tranquillius agens, temperator obedientium fuit & arbiter lenis. Denique post finitima, cuncta ui, uel æquitatis consydera-
tione

Cōturmalis

Deletæ æmulæ urbes a Romanis.

Alsifupereft

Nihil præter dolos ue reor. Quod dicitur principi pes iustum.

Æquitati iūgitur uictoria.

Paulo prolixior textus. De regno Persidis.

Arfaces latro.

Nicanor unde

rione uel meta subacta, ciuitatum & castrorum, castrorumq; munimentis op-
 pleta Perfide, aduſfactaq; timori eſſe accolis om̄ibus, quos antea formidabat:
 ipſe medium agens curſum ætatis, placida morte deceſſit. Certatimq; ſumma-
 tum, & uulgi ſententijs concinentibus aſtris, ut ipſi exiſtimant ritus ſui, conſecra-
 tione permixtus eſt omnium primus. Deinde ad id tempus reges eiufdem gen-
 tis prætumidi appellari ſe patiunt Solis fratres, & Lunæ: ut quæ imperatoribus
 noſtris Auguſta nuncupatio amabilis eſt, & optata, ita regibus Parthicis abie-
 ctis, & ignobilibus antea incrementa dignitatum felicibus Arſacis auſpicijs ac-
 ceſſere uel maxima: quamobrem numinis eum uice uenerantur, & colunt, eo-
 uſq; propagatis honoribus, ut ad noſtri memoriam non niſi Arſacides aſcitus,
 qui in ſuſcipiendo regno cunctis anteponatur, & in qualibet ciuili concertatio-
 ne, quæ cotidie apud eos eueniunt, uel ſacrilegium quiſq; caueat, ne dextera ſua
 Arſacidem arma geſtanti feriat uel priuatum. ſatisq; conſtat hanc gentē re-
 gna populis ſuis ſuperatis compluribus dilataſſe aduſq; Propontidē, & Thra-
 cias: ſed alte ſpirantium Ducum ſuperbia licenter graſſantium per longinqua
 erumnis imminutam. Primo per Cyrum, quem Boſphori fretum cum multitu-
 dine fabuloſa tranſgreſſum ad internitionem deleuit Tomyris regina Scytha-
 rum ultrix acerrima filiorum. Deinde cum Dareus, poſteaq; Xerxes Græciam
 elementorum uſu, ut exhauſerit congreſſi, cunctis penē copijs terra, mariq; con-
 ſumptis, uix ipſi tutū munere diſceſſum, ut bella prætereamus Alexandri, in te-
 ſtamento nationem omnē in ſucceſſores unius iure tranſlatam. Quibus pera-
 ctis tranſcurſiſq; temporibus longis ſub conſulibus, & deinceps in poteſtatem
 Cæſarum redacta Rep. nobiſcum eæ nationes ſubinde dimicarunt, paribusq;
 momentis interdum, aliquoties ſuperata nōnunq; abiēre uictrices. Nunc loco-
 rum ſitū quātum ratio ſinit, carptim breuiter abſoluam. Hæ regiones in ampli-
 tudines diſſuſæ longas & latas ex omni latere inſuloſum, & celebrem Perſicum
 ambitum mare, cuius oſtia adeo eſſe perhibentur anguſta, & Armuſonta, Car-
 mania promontorio contra oppoſitum aliud promontorium, quod appellant
 incolæ Macelliæ, impedimento cernitur. quibus anguſtijs permeatis cum lati-
 tudo patuerit nimis exteſa, qua nauigatio aduſq; urbem Taruana porrigitur.
 ubi poſt iacturas multiplices pelago miſcetur Euphrates, omneſq; ſinus dimē-
 ſione littorea in numerū uiginti milliū ſtadiorū, uelut ſpacio detornato ſinit.
 cuius per oras om̄es oppidorū eſt denſitas, & uicorū, nauūq; crebri diſcurſus.
 Ergo permeatis anguſtijs antedictis, uenitur ad Armeniæ ſinū, Orienti obie-
 ctum, interuallo Cataonius nomine panditur ſinus Australis, haud procul in-
 de alius quem uocant Caliten occiduo obnoxius ſyderi. Hinc præſtrictis pluri-
 bus inſulis, è quibus pauca ſunt notæ, Indorum mari iunguntur Oceano, qui
 feruentem ſolis exortum ſuſcipit omnium primus, ipſe quoq; nimium calens.
 utq; Geographici ſtili formarunt, hac ſpecie diſtinguitur. Omnis circuitus ante-
 dict⁹ ab Arctoo cardine aduſq; Caduſios, cōtermina & Scytharū gētibus mul-
 tis & Arimaſpis om̄ibus lucis, & feris: ab occidua plaga contingit Armenios, &
 Niphate, & in Aſia Albanos, mare rubrū, & Scenitas. Arabas quos Sarracenos
 poſteritas

Arſacidæ ab
 Arſace.
 Solis fratres
 & Lunæ.

Arſacidē fe-
 riet ſacrile-
 gium.

Tomyris de-
 leuit Cyrū.

Inſuloſus.

Geographi-
 ci ſtili.

Arabes Sar-
 raceni.

posteritas appellauit, Mesopotamiam sub axe Meridiali despectat, Orienti à
 fronte contrarius, ad Gangem extenditur flumen. quod Indorum interfecans
 Ganges. Regiões Per
 sidis, terras, in pelagus eiectatur australe. Sunt autem omnes in Perside eæ regiones
 maximæ, quas uitaæ, id est, magistri equitum curât, & reges & Satrapæ: Susia
 na, Media, Persis, Parthia, Carmania maior, Hircania, Margiana, Bactriani,
 Sogniani, Sacæ, Scythia ultra eundem montem, Serica, Aria, Paropagnifades,
 Sacæ.
 Assyria. Drangiana, Arachosia, & Cedrosia. Citra omnes propinqua est nobilis Assy-
 ria, celebritate & magnitudine, & multiformi feracitate ditissima, quæ per popu-
 los, pagosq; amplos diffusa quondam, & copiosa ad unum concessit uocabu-
 lum, & nunc omnis appellatur Syria, ubi inter Baccarum, uulgariũq; abundã
 Syria.
 Bitumen. tiã frugum bitumen nascitur, prope lacum nomine Sosingiten, cuius alueo Ti-
 gris uoratus, fluensq; subterraneus percursis spacijs longis emergit. Hic & Na-
 Naphtha. phtha gignitur picea specie glutinosa, similis ipsa quoq; bitumini: cui etiam si
 auicula infederit, breui præpedito uolatu subuersa penitus euanescit. Et cum
 hoc liquoris ardere cœperit genus, nullum inueniet humana gens præter pulue-
 rem extinguendi commentum. In his pagis hiatus quoq; cõspicitur terræ, un-
 de halitus letalis exurgens quodcũq; animal proxime steterit, odore graui con-
 Halitus leta-
 lis ex hiatu. sumit. Quæ lues oriens à profundo quodã puteo cū os eius excesserit, latũ an-
 teq; sublimius uagaretur terras circumstias inhabitabiles acerbitate fecisset. Cu-
 ius simile foramen apud Hierapolim Phrygiæ antehac, ut adserunt aliqui, ui-
 Spiritus no-
 xius. debantur, unde emergens itidem noxius spiritus perseveranti odore quicquid
 prope uenerat corrumpebat, absq; spadonibus solis: quod qua causa eueniet
 rationibus Physicis permittatur. Apud Asbamei quoq; Iouis templũ in Cap-
 Rationibus
 phycis, Apolloni-
 Tyaneus. padocia, ubi amplissimus ille philosophus Apollonius traditur natus apud
 oppidum Tyana, stagno effluens fons cernitur, qui magnitudine aquarum in-
 flatus sese reforescens, nuncq; extra margines intumescit. Iuxta hunc circuitum
 Adiabena est Assyria præcis tẽporibus uocitata, longãq; adsuetudine ad hoc
 Adiabena
 unde, translata uocabulum ea re, quod inter Oenam, & Tigridem sita, nauigeros flu-
 uios adiri uado nuncq; potuit, transire enim Diauenin dicimus Græce: & uete-
 res quidem hoc arbitrantur. Nos autem id dicemus, quod in his terris amnes
 sunt perpetui, quos sic transimus Dianas, & Adianas iuncti naualibus ponti-
 bus. Ideoq; intelligi Adiauenam cognominatam, ut à fluminibus maximis
 Aegyptus, Homero autore, & India, & Euphrates, Isante, & Commagena: Ita-
 demq; Hiberia ex Hiberno, nunc Hispania, & à Beti amne insignis prouincia
 Ninus ciui.
 Gaudame-
 la. Betica. In hac Adiabena Ninus est ciuitas, quæ olim Persidis regna possede-
 rat, nomen Nini potentissimi regis quondam Semiramidis mariti declarans,
 & Echatana, & Arbela, & Gaudamela, ubi Dareũ Alexander post discrimina-
 uaria præliorum incitato Marte prostrauit. In omni autem Assyria multæ sunt
 urbes, inter quas Apamia eminet Mesenæ cognominata, & Teredon, & Apo-
 lonia, & Vologessia, hisq; similes multæ, splendidissimæ uero & peruulgata eæ
 solæ sunt tres: Babylon, cuius mœnia bitumine Semiramidis struxit, arcem enim
 Babylon.
 Ctesiphon. antiquissimus rex condidit Belus: & Ctesiphon, quam Vardanes præcis tempo-
 ribus

ribus instituit. Posteaq; rex Pacorus incolarum uiribus amplificatam, & mœni-
 bus Græco indito nomine Persidis officij speciem summam. Post hanc Seleu-
 cia ambitiosum opus Nicanoris Seleuci quæ p̄ duces ueri Cæsaris ut ante retulit *Seleucia.*
 mus expulsa auulsum sedibus simulacrum Cumei Apollinis perlatumque Ro-
 mam in æde Apollinis palatini decorum antistites collocarunt, Ferrur autem *Apollo palā-
 tinus.*
 quod post direptum hoc idem figmentum incensa ciuitate milites fanum scru-
 tantes inuenere foramē angustum quo referato præciosum aliquid inuenirēt,
 ex aditu quodam concluso à Chaldeorum arcanis labes primordialis exiuit, *Labes pri-
 mordia.*
 quæ insanabilium uī concepta morborum eiusdem Seueri Marci Antonij tem-
 poribus ab ipsis Persarum finibus aduſq; Rehab per Gallias cunctis contagijs
 polluebat, & montibus. Hic prope Chaldeorum est regio altrix philosophiæ *Chaldecorū
 regio.*
 ueteris, ut memorant ipsi, apud quos ueridica uaticinandi fides eluxit. Perflu-
 unt aut̄ has easdē terras potiores ante alios amnes hi quos prædixim⁹, & Mar-
 sias & flumen regium, & Euphrates cunctis excellens, qui tripartitus nauigabi-
 lis per omnes est riuos, insulasq; circlū fluens, & arua cultorum industria diligen-
 tius rigans Veneri, & gignendis arbuſtis habilis facit. his tractibus Susiani *Sufiani,
 Susa.*
 iunguntur apud quos, non multa sunt oppida. Inter alia tamen est Susa sæpe
 domiciliū regum, & Arsiana, & Selæ & Archa. Cætera breuia sunt, & obscura.
 Fluij uero multi per hæc loca discurrunt, quibus præstantior Cates, & Harax,
 & Meseus per harenofas angustias, quæ à rubro prohibēt Caspiū mare æquo-
 ream multitudinem inundantes. At in leua Mediā confinis Hircano panditur *Media.*
 mari, quam ante regnū Cyri superioris & incrementa Persidos legimus Asiæ
 regna totius Assirijs domitis, quorum plurimos pagos in agro Patene uocabu-
 lum permutatos belli iure possedit, pugnatrix natio, & formidanda post Par-
 thos, quibus uincitur solis regiones inhabitās ad speciem quadratæ figuræ for-
 matas, harum terrarum incolæ omnes ad latitudinem nimiam extenduntur,
 eisq; maximæ celsitudines imminent montium, quos Zarramentorem etiā
 somnium uocant. Coroni quoq; montes altissimi, partem habitantes occiduā
 frumentarijs agris adfluunt, & uinarijs, pingui fœcunditate latissimi, flumini-
 bus, fontiuinq; uenis liquidis locupletes sunt. Apud eos prata uirentia, fœtus *Frumenta-
 rij agri,
 Vinarij.*
 equorum nobilium, quibus (ut scriptores antiqui docent, nosq; uidimus) ineun-
 tes prælia uiri summa uī exultantes soluunt, quos Neseos appellant, abundan-
 tiāq; ciuitatibus, quibus mediā & uicis in modū oppidorum extractis & multi-
 tudine incolarum, quæ absolute dicatur uberrimū est habitaculum regū, in his
 tractibus magorum magistri sunt fertiles. Super quorum secta, studijsq; cum
 huc incidimus, pauca cōueniet expediri. Magian opinionū insigniū autor am- *De Magia.*
 plissimus, Plato Machegistiam esse uerbo mystico docet diuinorū incorruptis-
 simū cultū, cuius scientijs sæculis priscis multa ex Chaldecorū archanis Bactria-
 nus addidit Zoroastes. Deinde Histapes rex prudentissimus Darei pater, qui *Zoroastes.*
 cū superioris Indiæ secreta fidentius penetraret ad nemorosam quandā uene-
 rat solitudinem, cuius tranquillis silentijs præcella Bracmanorum ingenia po-
 tiuntur, eorūq; monitu rationes mundani montes, & syderū, puroſq; sacrorū
 Qq ritus

ritus quantū cōligere potuit eruditus, ex his quæ didicit, aliqua sensibus Magorū infudit, quæ illi cum disciplinis præsentēdi futura per suam quisq; progeniē posteris ætatibus tradūt. Ex eo per sæcula multa ad præsens una eademq; profapia multitudo creata deorum cultibus dedicatur. Feruntq; etiā si iustum est credi ignem cælitus lapsus apud se sempiternis foculis custodiri, cuius portionem exiguā ut faustam præisse quondā Asiaticis regibus dicunt. Huius originis apud ueteres numerus erat exilis, eiusq; mysterijs Perficæ potestates in rebus faciendis diuinis solenniter utebantur. Eratq; piaculum aras adire, uel hostiam contrectare, anteq; Magus conceptis precationibus libamenta diffunderet præcursoria: Verū aucti paulatim in amplitudinē gentis solidæ concesserūt, & nomē, uillasq; inhabitantes, nulla murorū firmitudine cōmunitas, & legibus suis uti permissis, religionisq; respectu sunt honorati. Ex hoc Magorū semine septem post mortē Cambylis regnum inisse Persidos, antiqui memorāt libri, uacantes eos Darei factione oppressos imperitandi initium equino hinnitu sortiti: In hac regione oleum conficitur medicū quo inlitum telū si emissum lentius laxiore arcu, nam ictu extinguitur rapido, hæserit usq; tenaciter cremat. Et si aqua uoluerit abluere quisq; æstus excitat acriores incendiorū. Nec remedio ullo q̄ iacto pulueris consopitur. Paratur autem hoc modo: Oleū usus cōmunis herba quadā infectū condiunt, harum rerum peritia, & diurnitatem seruans, & coalescens diu ex materia bene naturali similis oleo crassiori species gignitur apud Persas, quā (ut diximus) naphtham uocabulo appellauēre gentilis: Per hæc loca ciuitates dispersæ sunt plures, queis omnibus præstāt Zombis, & Parigia, & Grazaca, inter quas opibus, & magnitudine inceniū conspicuæ sunt Heracia, & Arfatia, & Europos, & Cyropolis, & Ecbatana sub Iasonio monte in terris sitæ Syromedorum. Amnes has regiones prætereunt multi, quorum maximi sunt Choaspes, & Cyndes, & Arriardus, & Charinda, & Cambyses, & Cyrus, cui magno & spaciofo Cyrus ille superior rex amabilis, abolito uetere id uocabulum dedit, cum ereptum ire regna Scythica destinaret, quod & fortis esset, ut ipse ea ferebat, & uias sibi utiles impetu ingenti molitus in Caspium dilabitur mare pertractus meridianos. expansa post hæc confinia littoribus proxima Persis habitatur, antiquis frugibus diues, & palmitæ, aquarūq; copia iucundissima, Amnes quippe multi per eum ante dictum fluūt sinu. Quorū maximi sunt Vatrachites Rogomanis, & Brisone, atq; Bgrade. Oppida uero mediteranea sunt ampliora. Interdum enim qua ratione per oras maritimas nihil condiderunt insigne. Inter quæ Persopolis est clara, & ardea, & Orobatis, atq; Tragonica. Insulæ uero uisunt ubi Trestantū Tibiana, & phara, & Alexandria his propinquant Parthi, & Scythæ siti sub Aquilone, colentes niuales terras, & pruinosa, quorum regiones Choatres fluuius interscindit cæteris abūdantior. & hæc potiora residui sunt oppida Genonia, Charax, Apamia, Arthacana, & Hetacompilos à cuius finibus per Caspia littora, adusq; portarum Angustias stadia quadraginta numerantur, & mille feri sunt illic habitatores pagorum omnium, atque pugnaces, eosq; ita certamina iuuant & bella, ut iudicetur inter alios

Ignis cælitus
lapsus.

Libamenta
præcursoria.

Equino hinni-
tu sortiti
initium imperitandi.

Oleum in-
cendiarium.

Cyropolis.

Choaspes.
Cyrus fluuius.
Cyndes.

Pugnaces
habitatores.

inter alios omnes beatus, qui in pralio fuderit animā. Excedentes enim ē uita, morte fortuita conuictis infectantur, ut degeneres, & ignauos, quibus ab Orientali, Australiſq; plaga Arabes beati conterminant. Ideo sic appellati, quod frugibus iuxta & foetibus, & palmitē odorūq; ſua uitate multiplici ſunt locupletes, magnāq; eorum partes rubrū mare à latere dextero contingunt: leua Perſico mari collimitant, elementi utriuſq; potioris bonis omnibus adſueti, ubi & ſtationes, & portus tranquilli ſunt complures, & temperia denſa, & diuerſoria regū ambitioſa nimium, & decora, quarūq; ſua pte natura cadentium ſaluberrimi fontes, & riuorū fluminūq; multitudo perſpicua hospitalis calī & terræ, ut ſpectantibus nihil eis uideatur ad felicitatem deeſſe ſupremam. Ac licet abūdet urbibus mediterraneis, atq; maritimis, campisq; copioſis, & uallibus. has tamen ciuitates habet eximias Hieropolim, & Naxum, & Babam, itidemq; Vanogonam, & Maphram, & Taphren, & Dioſcuriada. Inſulas autem complures habet per utrinq; proximas mari, quas dinumerare non refert. Inſignior tamē alijs Turgana in qua Serapidis maximum eſſe dicitur templū. Poſt huius terminos gentes, Carmania maior uerticibus ceſſus erigitur, aduſq; Indicum pertinens mare, fructuarijs arboreisq; foetibus culta, ſed obſcurior Arabum terris multo & minor, fluminibus tamen ipſa quoq; non minus abundans, ceſpiti- busq; iugere iuxta fecunda. Amnes autem ſunt hinc cæteris notiores Sagateus, & Sagatus, & Hydriacus. Sunt etiam ciuitates, licet numero pauca, uictu tamen & cultu perq; copioſa. Inter quas nitet Carmana omniū mater, & Corcoſpana, & Alexandria, & Hermopolis: Interius uero pergenti occurrunt Hyrcani, quos eiſdem nominis adluit mare, apud quos glebæ maximæ auro micantes, rudis colendi cura eſt leuior, ſed ueſcuntur uenatibus, quorum uarietate immane quantum exuberant, ubi etiam Tigridum millia multa cernunt. ferāq; beſtiā, pluresq; cuiuſmodi ſolent capi commentis dudum nos meminimus retuliſſe, nec ideo tamen ſtiuam ignorant, ſed ſeminibus teguntur, taliq; parte ubi ſolum eſt pinguius. Nec arbuſta deſunt, in locis habilibus ad plantandum, & marinis mercibus pleriq; ſuſtentantur. hic amnes duo peruulgati ſunt nominis, Oxus, & Maxera, quos urgente Media ſuperātes natatu aliquoties Tigris improuiſe finitima populatur. habent etiam ciuitates inter municipia minora, ualidas duas quidem maritimas, Socunda, & Saramanna, mediterraneas alias Azinornā, & Solem, & his nobiliorem Hyrcanam. Contra hanc gentem ſub Aquilone dicuntur Abiei uerſari genus priſſimum calcare cuncta mortalia conſuetum. Quos (ut Homerus fabuloſius canit) Iuppiter ab Idæis montibus contuetur, ſedes uicinas poſt Hyrcanos ſortiti ſunt Margiani, omnes penē collibus altis undiq; circumſepti. Ideo à mari diſcreti. Et quanq; plerāq; ſunt ibi deſerta aquarum penuria: ſed quidē Sena Aſomon, & Anthiochia, & Nicea ſunt alijs notiora, proximior his limites poſſidet Bactrianorū natio ante hac bellatrix, & potentiſſima, Perſisq; ſemper inſeſta, anteq; circumſitos populos omnes ad deditiōem gentilitatemq; traheret nominis ſui, quam rexere ueteribus ſæculis etiam Arſaci formidabiles reges eius pleriq; partes, ita ut Margiana pro-

Beatus in
pralio fun-
dens animā
Beati Ara-
bes uideat

Carmania.
Ciuitates ut
ctu & cultu
perq; copio-
ſa.

Hyrcani.

Tigrides in
Hyrcania.
ſtiuam non
ignorant.

Oxus ſtiu.

Abiei.

Margiani.

Bactriani na-
tio bellatrix.

cul à littoribus sunt disparata, sed humi gignentium fertiles, & pecus quod illis per campestria loca uescitur, & montana membris magnis compactum, & ualidis indicio sunt: Camelli à Mitridate exinde perducti, & primitus in obsidione Cynige à Romanis, nisi gentes Bactrianis obediunt, pluresq; arua plana arant, & ad Italiae speciem crebris fluminibus inundantur, è quibus Ecbatanus, & Zariasres ante sibi confociati. Itidemq; Ochus, & Orchamones iuncti conuenis aquis, augent immania Oxi flueta. Sunt & hic ciuitates, quas amnes diuersi perstringunt, his cadentes ut melioribus Chatra, & Charte, & Elicodra, & Astacia & Menapila, & Bactras ipsius, unde regnū & uocabulū nationis est institutū sub imis montium pedibus, quos appellant Sogdios, inter quos amnes, duo fluunt nauū capacissimi Araxates, & Dyme per iuga, uallesq; præcipites in campestrē planitiem fluij decurrentes, Oxiā nomine paludē efficiunt longē latēq; diffusam. Hinc inter alia oppida celebrantur Alexandria, & Tribatra, & Drepsa Metropolis. His contigui sunt Sacæ natio, fera squalentia incolens loca, solo pecori fructuosa, ideo nec ciuitatibus culta, cui Ascanimia mons imminet, & Comedus. Præter quorum radices, & uicū, quem Lithinon Pyrgon appellant, per longissimū patet mercatoribus peruium ad feras subinde comeantibus circa defectus, & crepidines montium, quos Imauos, & Apurios uocant. Scythæ sunt Agra intra Persicos fines Asianis contermini Sarmatis, Halanorumq; latus tangentes extremū. Qui uelut agentes quodā secessu coalitiq; solitudine, & per interualla dispersi sunt longa, aduerti uictu uili, & pauperrimo, & gentes quidē uarios incolūt tractus, quas nunc recensere alio properantes, superfluum puto. Illud tamē sciendū has nationes penē ob asperitatē nimiam incessas, homines esse quosdā mites, pios, uitaxata sunt, & Galactophagi, quorū meminit uates Homerus in hoc uersu, γαλατοφάγων ἄβιοντε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Inter flumina uero multa, quæ per has terras, uel potioribus iūgit natura, uel lapsu posttrahit in mare, Roëmnus celebris est, & Laxartes, & Talicus. Ciuitates autē nō nisi tres solas habere noscuntur Aspabota, & Cauriana, & Saga. Ultra hæc ut prius quæ Scythiæ loca contra Orientalem plagam in urbis speciem confertæ celsorum aggerum summitates ambiunt, feras ubertate regionum, & amplitudine circūspectos, & Ganges: Appellantur autem ijdem montes Aria, & Nazauitium, & Asmira, & Emodo, Tapuros, Catha. Hanc itaq; planiciem, undiq; prona dediuitate præruptā, terrasq; lato situ distentas, duo famosi nominis flumina, & Chartis, & Banchi, lentiore meatu percurrūt, & dispares tractu, diuersorū ingeniū. Hic patulū alibi molli deuexitate subductū. Ideoq; facietate frugū, & pecoribus, & arbutis exuberant. Incolunt autē Auziciam glebam uariæ gentes, quibus Alitrophagiæ Carambus, & Syzages, & Chardi Aquilonibus obiecti sunt, & pruinis. Exortū uero solis suscipiūt Rabānæ, & Asmira, & Effedōes omniū splendidissimi, quibus Athare ab Occidentali parte coherent, & Asparata, Betæ uero australi celsitudine montiū inclinati urbibus licet nō multis, magnis tamē celebrantur, & opulentis, inter quas maximæ Asmira, & Effedon, & Asparata, & feræ nitidæ sunt, & notissimæ. Agunt autem ipsi quietius Seres ar-

morum

Oxi fluenta

Lithinon
Pyrgon.

Galactophagi.

Laxartes.

Duo famosi
nominis flu-
mina.

Effedones.

morum semper, & præliorū expertes, ut quæ hominibus sedatis, & placidis est
 ociū uoluptabile, nulli finitimorū molesti, cæli apud eos iucunda, salubrisq; tē-
 peries, aëris facies munda, leuiūq; uentorum comodissimus flatus, & abunde
 siluæ sublucida, à quibus arborū fœtus aquarū aspginibus crebris, uelut quæ
 dam uellera molliētes, ex lanugine, & liquore mixtā subtilitatē tenerrimam pe-
 ctunt, nentesq; sub tegmina conficiunt sericū, ad usus, antehac nobilium, nunc
 etiam infimorū sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi pa-
 catoris uitæ cultores uitantes reliquorū mortalium cœtus. Cūq; ad coemenda-
 fila, uel quædā alia fluuium transierint aduenæ, nulla sermonū uice proposita-
 rū rerum precia solis oculis aestimantur. Et ita sunt abstinentes apud se traden-
 tes gignentia, nihil ipsi comparant aduectitium. Africani uiuūt post seras Bo-
 reæ obnoxij flatibus, quorū terras amnis uehendis sufficiens nauibus: Arias per
 fluit nomine faciens lacū ingentē eodē uocabulo dictitatū. Abundat aut hęc
 eadē Area oppidis, inter quæ sunt celebres Bitaxa, Orbitana, & Sotera, & Nisi-
 bis, & Alexādria. Vnde nauigandi ad Caspiū mare quingenta stadia numeran-
 tur, & mille. his locis Paropanisiade sunt proximi Indos ab Oriēte, Caucasum
 q; ab Occidentali latere prospectantes. ipsi quoq; montium defectibus incli-
 nati, quos residuis omnibus maior Orthogordo mare interluit fluuius à Ba-
 ctriānis exurgens. Habent autem etiā ciuitates aliquas, quibus clariores sunt
 Gazaca, & Naulibis, & Artoarta, unde littorea nauigatio ad usq; Mediæ fines
 portum proximos Caspijs stadiorum sunt duo millia ducenta. Antedictis cō-
 tiguū sunt Drangiani collibus cohærentes. Arabum nomine ideo appellatum,
 quod inde exoritur, interq; alia duobus municipijs exultantes Propthalia, &
 Aria, Pseudopolis, & Cariga. Post quos ex aduerso Arachosij uisitur, dextrum
 uergens in latus Indis obiecta, quam ab Indo fluuiorū maximo, unde regiōes
 cognominatæ sunt, amnis multo minor exurgens aquarū luit amplitudine, effi-
 citq; paludē Arachotosrenem appellatam, hic quoq; ciuitates sunt inter alias
 utiles Alexandria, & Arbaca, & Choaspa in penitissima parte Persidos Persia
 est dextra terminos alios Arthabius uberior fluuius, ubi montes deficiunt Bar-
 bitani, quorū ex pedibus imis emergentes alij fluuij Indo miscentur, mittentes
 nomina magnitudine potiores, Ciuitates autē etiam hic sunt præter insulas Se-
 dratyra, & Carna, conlimes meliores residuis aestimantur. Ne igitur oræ mariti-
 mæ spacia adluentia Persidis extremitates per minutia demōstrantes, à propo-
 sito lōgius aberremus, Id sufficiet dici, quod mare peremptum à Caspijs monti-
 bus per Boreum latus ad usq; memoratas angustias nouem millium stadiorū,
 Australe uero ab Ostrijs Nili fluminis ad usq; principia Carmanorū, quatuor
 decim millium stadiorum numero definitur. Per has nationes dissones, & mul-
 tiplices hominum quoq; diuersitates sunt, ut locorum. Sed ut generaliter cor-
 pora describamus, & mores graciles. penè sunt omnes subnigri uel liuido colo-
 re pallentes, caprinis oculis torui, & supercilij in semi orbium speciem curuatis,
 uinctisq; non indecoris barbibus, capillisq; prolissis hirsuti. omnes tamen promi-
 scue, uel inter epulas, festosq; dies gladijs cincti cernuntur. Quem Græcorum
 Qq 3 ueterum

Aspgines,
 Vellera ex
 lanugine.
 Sericum.
 Frugalissimi.

Oculi seres
 prætia aesti-
 mant.
 Nihil com-
 parant adue-
 ctitium.

Paropanisia-
 da.

Propthalia
 Arachosij.

Subnigri
 Persæ.

Caprini ocu-
 li.
 Inter epulas
 gladijs cincti.

heterum morem abieciſſe primos Athenienſes, Thucydides eſt autor ampliſſimus. Effuſius plerique ſolui in Venerem, agręque contenti multitudine pelicum puerilium ſtuprorum expertes, pro opibus quiſque adſciſcens matrimonia plura, uel pauca. Vnde apud eos per libidines uarias, charitas diſperſa torpeſcit, munditias conuiuiorum & luxum, maximęque potandi auiditatem uitantes, ut lucem. Nec apud eos extra regales menſas hora eſt præſtituta prandendi: ſed uenter unicuique uelut ſolariū eſt, eoque monente quod incidere editur. Nec quicquam poſt ſacietatē ſuperfluos ſibi ingerit cibos, in mane quantum reſtricti, & cauti, ut inter hoſtiles ortos gradientes nonnunquam & uineta capiāt nec aliquid nec contingant uenenorum, & ſecretarum artium metu. Super his nec ſtando mingens, nec ad requiſita naturæ ſecedens facile uiſitur Perſa, ita obſeruantius hæc aliaque pudenda declinat. Adeo autem diſſoluti ſunt, & artium laxitate, uagōque in ceſſu iactitantes effeminosos exiſtentes, cum ſint acerrimi bellatores, ſed magis artifices quam fortes, eminusque terribiles abundantes inanibus uerbis in ſanumque loquentes & ferrum, magnidici graues & tetri, minaces iuxta in aduerſis rebus, & proſperis, callidi, ſuperbi, crudeles uita, necisque poteſtatem, & in ſeruos, & plebeios uindictantes obſcuros, cutes uiuis hominibus detrahunt partikulatim uel ſolidis, nec miniſtranti apud eos famulo menſam quæ diu ſtanti hiſcere uel loqui licet uel ſpuere, ita proſtrati pellibus labra omnium uinciuntur. leges apud eos impendio formidatæ. Inter quas diritate exuperant late contra ingratos, & deſertores, & abominandæ alia per quas ob noxam unius omnium propinquitas perit. Ad iudicandū autem uſu rerum ſpectati deſtinantur, & integri parum alienis conſilijs indigentes, unde noſtram conſuetudinem rident, quæ interdum facundos, iurisque publici peritiſſimos, poſt indoctorum conlocant terga. Nam quod ſuperſedere corio damnati ob iniquitatem iudicis iudex alius cogebatur, aut finxit uetuſtas aut olim recepta conſuetudo ceſſauit, militari cultu, ac diſciplina laudiſque continui rei caſtrenſis, & armaturæ, quam ſæpius firmauimus metuendi, uel exercitijs maximis equitatus uirtute conſiſti, ubi deſudat nobilitas omnis, & ſplendor. Pedites enim in ſpeciem myrmillonum conrecti iuſſa faciunt, ut Calones. Sequiturque ſemp hæc turba tanquam ad dicta perenni ſeruitio, nec ſtipendijs aliquando ſulta, nec donis, & gentes plurimas præter eas quas abunde perdomuit ſub iugum hæc natio uiixerat ita audax, & ad pulueres Martios erudita in bellis ciuilibus, externisque aſſidue uexaretur: Indumentis plerique eorum ita operiuntur lumine colorum fulgentium uario, ut licet ſinus lateraque diſſuta relinquāt flatibus agitari uentorum: inter calceos tamen, & uerticem nihil uideat in teſtū, armillis uti monilibusque aureis, & gemmis, præcipue margaritis, quibus abundant adſuefacti poſt Indiam uictam, & Croeſſum, reſtatuit ſuper ortu lapidis huius pauca ſuccinctius explicentur. Apud Indos, & Perſas margaritæ reperiuntur in teſtis marinis robuſtis & candidis, permixtione roris anni tempore præſtituto conceptæ. Capientes enim uelut collon quendam humoris, & lunari aſpergine capiunt denſius oſcitando. Exindeque grauidæ adūt minutas binas, aut ternas, uel uniones ſic appellatas, quod eius terræ

conchulæ

Matrimonia
pro opibus
plura uel
pauca.
Venter uni-
cuique uelut
ſolarium eſt.

Ad requiſi-
ta naturæ ſe-
cedens.

Magnidici.

Seruo loqui
nō licet nec
ſpuere.

Lex in ingra-
tos.

Sedit iudex
corio dam-
nati.

Ad pulueres
martios eru-
dita.

Armillis mo-
nilibus.

Succinctius
De margari-
tis.

Vniones
unde.

conchulæ singulas aliquoties pariunt: sed maiores. Idcirco indicium est atheria potius deriuatione, quam saginis pelagi os ori uetus, & uesci, quod guttæ matutini rotis isdem infusæ daros efficiunt lapillos, & terretes: Vespertini uero flexuosos contra & rutilos, & maculosos interdum. Minima autem uel magna pro qualitate, haustuū figurantur casibus uariatis. Concusæ uero sæpissime metu fulgurū inaniscunt, aut debilia pariunt, aut certe uitrijs defluunt abortiuus. Capturas autem difficiles, & periculosas, & amplitudines pretiorū illa efficit ratio, quod frequentari sueta littora propter piscantium insidias declinantes, ut quidam cōiiciūt circa deuios scopulos, & marinorū canū receptacula delitescūt. Quod genus gemmæ etiā in Britanicis secessibus maris gigni, legicq; licet, dignitate dispari nō ignoramus.

Britanniæ
gemma.

AMMIANI MARCELLINI

RERVM GESTARVM LIBER
VIGESIMVS QVARTVS.



OST EXPLORATAM alacritatem exercitus uno, paricq; ardore impenetrabile principē superari non posse, deūm usitato clamore testatus Iulianus summa rei finem imponendū maturius credens, extracta quiete nocturna itinerarium sonare lituos iubet, præstrictis omnibus quæ difficultates, arduiue belli poscebant, cadēte iam luce Assyrios fines ingressus, celso præter alios spiritu obequitans, ordinibus emulationis uī cunctos ad officia fortitudinis incende-

bat, utq; ductor uisu & docilitate firmatus metuens, ne per locorum insolentiā insidijs caperetur occultis, agminibus incedere quadratis exorsus est. Excursatores quidem quingentos & mille sensim præire disposuit, qui cautijs gradientes ex utroq; latere. itidemq; à fronte ne quis repentinus inrueret, prospectabant. Ipse uero medios pedites regens, quod erat totius roboris firmamentū dextra legiones aliquas, cū ne iuxta supercilia fluminis perstringere iussit Euphrates. Cornu uero leuū cū equitum copijs Arintheo tradit, & Oromizede ducendū cōfertius per plana camporū, & mollia. Agmina uero postrema Dagalaiphus cogebat & uictor. Vltimuscq; omniū Osdrue dux Secūdimus. Deinde ut si hostibus erupissent usq; uel conspicatibus procul timorē multitudinis maioris incuteret, laxatis cuneis iumēta dilatauit, & homines, ut decimo penē lapide postremi dispararentur à signiferis primis, quod arte mira se fecisse Pyrrus ille rex dicit Epyrotēs opportunis in locis castramentandi, armorūq; speciē diffundendi ex industria, uel attenuandi perq; scientissimus, ut ubi uenisset plures existimarentur, aut pauci. Sarcinas uero & calones per apparitionem imbellē impedimentorūq; genus omne inter utrūq; latus instituit procedentiū ordinū, ne qua uī subita raperetur, ut sæpe contingit in protecta. Classis autē licet per flumen ferebatur ad siduis flexibus tortuosum, nec residere, nec præcurrere sinebatur. Emenso itaque itinere bidui prope ciuitatem uenimus Doram deserta inq;

Ad officia
fortitudinis,
incendebat
Iulianus.
Insolentia
locorum.

Postremi
dispararentur
a signiferis
primis.
Pyrrus castramentan-
di scientissimus.

Emenso itinere.

Qq 4 marginibus